



74
COMMENTATIO IX.
QVA
MEMORIAE
DISCIPVLORVM EXTRANEORVM
IN SCHOLA FREIBERGENSEI
VERSATORVM
REPETVNTVR

ET
PRAEMISSO BREVI SCHEDIASMATE
DE
INFAMIA NOMINVM
AD ORATIONEM ANNIVERSARIAM
BENEFICIO
ECCARDO-RICHTERIANO
DESTINATAM
OBSEQUIOSE INVITAT
M. IO. GOTTL. BIDERMANN. R.

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.

LXXIV.

Officium pietatis haud postremum in eo versatur, ut memoriam hominum praeclare meritorum etiam post fata integram et illibatam conferuimus. Hac mente CHRYSOSTOMVS praecipit, a) *μνημην ποιησαι των απελθοντων*, memoriam mortuorum celebrare; CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS iubet b) *μνημονευειν των προκεκοιμημενων*, eorum recordari, quia *iam obdormierunt*; et EPIPHANIVS monet, c) *τα ονοματα λεγειν των τελευτησαντων*, nomina defunctorum pronuntiare. Quemadmodum enim aromata, quamuis iamdudum ab arbore vel frutice decussa, quum denuo teruntur, mirifice fragrant, et gratissimum odorem spargunt; ita virtutum fama etiam post fata delectat, quum pia recordatione renouatur, et veluti refricatur, ut nempe, quod poeta suadet, d)

effugiant fructos nomen honosque rogor.

Contra vero, nominis memoriam post mortem obliterari atque exstingui, apud omnes fere gentes in contumelia et summa ignominia positum fuit. Ut enim testimonia sacris ex litteris petita iam praetermittamus, ubi DEVS, grauissimam impiis poenam immisurus, minatur, se nomen eorum deleturum atque exstirpaturum, e) Christus autem, salutis humanae auctor et vindex, suis discipulis inter alia hoc etiam fatum praedicat, quod Iudaei non minus quam gentiles ipsorum nomen tanquam inauspicatum sint execraturi, dicens: *εβαλεσι το ονομα ως πονηρον*, hoc nomen tanquam malum reiciant; f) iam ex historia profana paucis quidem, sed idoneis exemplis in medium adferendis, quantum nominis infamia valeat, testatum faciemus.

Ita A. GELLIVS refert, g) HEROSTRATVM tyrannum ex eo, quod templum Dianae Ephesiae flammis subiectis incenderat, tantam suo nomini infamiam contraxisse, ut communi uniuersae Asiae decreto ediceretur, ne quis ullo tempore denuo isto uteretur. Et quemadmodum Athenienses nomina iuuenum fortissimorum, Harmodii atque Aristogitonis, qui libertatis recuperandae gratia Hippium tyrannum interficere adorti erant, publico decreto sanxerant, ne unquam seruis indere liceret, ornamenta libertati patriae deuota, seruilis contagio pollui, nefas ducentes: ita Romani nomina patriciorum de republ. male meritorum, ne cui suae gentis patricio imponerentur, serio vetabant, ut etiam vocabula cum ipsis defamata et mortua viderentur. h) Eodem consilio usus apud Romanos inualuerat, ut, si mancipia seruitute exenta in equestrem adfisciscere dignitatem et praetoria auctoritate cohonestare vellent, veteribus nominibus sublatis atque explosis, ingenuorum appellacione ea insignirent, ne quid officeret nouis honoribus nota nominis obsoleti. Inter infamia autem nomina, quae Roma quondam exhorruit, TARQUINIUM nomen primum fere locum occupare videtur, ex eo tempore, quo Tarquinius Superbus potestate abusus fuerat, adeo iniusum, ut filium ex fratre, Tarquinius Collatinum, imperio exuerent Romani, hoc suffragium ferentes: *nomen non placere, quod libertati omnino periculosum esset*. Quae dum LIVIVS refert, i) ipse, indignacione commotus, addit: *nescio, an nimis libertatem undique minimis etiam rebus muniendo, modum excefferint*. Pari ratione nomen CN. PISONIS, qui veneni et ma-

iestatis

a) Homil. XLI. in 1. Cor. p. 460.

b) in Catech. Mystagog. V. §. 8.

c) Haeref.

LXXV §. 3. 7.

d) Ouid. de Pont. III. 2.

e) Deut. IX, 14. Ps. IX, 6. CIX, 13. etc.

f) Luc. VI, 22.

g) Noët. Att. L. II. 6.

h) Gell. 1. c. L. IX. 2.

i) L. II. 2.

iestatis reus accusabatur, Aurelius Cotta, consul, factis eradendum censuit, k) Tiberius autem Imperator APIDIVM MERVLAM, quod in acta diui Augusti non iurauerat, albo senatorio expunxit. l) Qua ratione DOMITIANI, Imperatoris crudelissimi, memoria fuerit proscripta, LACTANTIVS his verbis exponit: m) *non satis ad ultionem fuit, quod domi esset interfectus, sed etiam memoria nominis est crasa. Nam quum multa mirabilia opera fabricasset, et Capitolium aliaque nobilia monimenta fecisset, senatus ita nomen eius est persequutus, ut neque imaginum neque titulorum eius ulla relinqueret vestigia, sed grauissimis decretis etiam mortuo notam inureret ad ignominiam sempiternam.* Eandem poenam Imperatori COMMODO ANTONINO statutam, eiusque nomen ex omnibus monumentis tam publicis quam priuatis sublatum fuisse, LAMPRIDIO auctore, constat. n) Nec mitius fatum Imp. MAXIMINI nomen subiisse, IVLIVS CAPITOLINVS docet, o) publicum Senatus decretum in medium proferens, in quo haec erat sententia: *Maximini nomen iam litteris erasum, animis etiam esse eradendum.*

Non tamen sola historia antiqua huius generis exemplis et testimoniis est referta, ex quibus intelligimus, quanta olim dignitas honesti nominis fuerit, et quantum contumeliae haererit in fama lacerata et profligata; verum etiam recentioris aetatis annales eandem sententiam confirmant. Ex multis testimoniis iam nonnisi duo adferemus, quae instar multorum esse poterunt. Dicit vix potest, quanto odio Hispani nomen IVLIANI prosequantur, et hanc quidem ob causam, quod saeculo post Christum natum octauo comes quidam, nomine *Iulianus*, in aula Gothorum regis, Roderici, versans, Saracenis uniuersam regionem prodiderat, proximam atque expeditissimam viam ostendendo ad irruptionem faciendam. Quo facto, ne quis in posterum istud nomen, omnibus diris deuotum, suam in familiam reduceret, publico edicto fuit sancitum. p) Et cui ignotum est ignobile RAVAILLACI nomen? qui, sine ulla religione homo, et a pietate longissime remotus, eo usque audaciae progrediebatur, ut superiore saeculo Henricum IV. Galliae regem, armata manu adgredi et vita priuare non dubitaret, dignus omnino, ut perpetua ignominiae nota istius nomini inureretur, et omnes ciues ab eodem adsciscendo abstinere iuberentur. q)

Haec testimonia luculenter demonstrant, quo iure et quo merito quaedam nomina infamia fuerint notata atque oppressa. Neque tamen desunt exempla eorum, qui nomina quaedam perperam, et praecudiciis abrepti, male habuerunt, vel, superstitione excacati, inique de iis senserunt. Inter exempla prioris generis illud referri meretur, quod Gallus celeberrimus AMELOT DE LA HOVSSAYE viro sacri ordinis in Gallicia, qui *Martin Lotero* adpellabatur, accidisse, commemorat, r) Hic enim quum ad causam quandam commendandam Hispaniarum regi, Philippo II. litteras supplices traderet, et nomen gentilitium, stilo Romano expressum: MARTINVS LV THERVS; in extrema epistola scripssisset, tantum aberat, ut rex precibus illius adueret, ut potius ad haereticum Lutheri nomen, veluti ad obiectum caput Medusae, horreret, et publice hanc

k) Tacit. Annal. III. 17.
Aug. Cap. ult. p. 313.

l) ibid. IV. 42.

m) de Mort. persecut. III. 3.

n) Hist.

o) ibid. p. 369.
q) Vassor Histoire de Louis, XIII. I.

p) Marian. Res Hispan. VI. 21.
r) Memoir. T. I. p. 345.

hanc legem pronuntiaret: *quicumque Lutheri nomen proficitur, nulla omnino gratia dignus censetur.* Hic igitur eandem fere mentem prae se ferebat, quam olim *Pseudolus*, audito *Harpagis* nomine, prodebat, quod non solum malae significationis, sed etiam finistri ominis esse, suspicabatur. Audiamus eum apud PLAVTVM cum *Harpagis* ita colloquentem: s)

P. Sed quod tibi est nomen? H. Harpax. P. apage te, Harpax, haud places.

Huc quidem hecve haud ibis intro, ne quid Harpax feceris

Eiusdem generis illa fuisse nomina videntur, quae OVIDIVS ipso sono exhorrescenda recenset, canens: t)

Ilion, et Tenedos, Simoisque, et Xanthus, et Ida,

Nomina sunt ipso pene timenda sono.

Tandem neque illud est praetermittendum, homines supersticiosos aliquando eo stultitiae processisse, ut nomina pauciorum litterarum et syllabarum deterioris conditionis et fati infelicioris esse, censerent, quam ea, quae longiora essent atque ampliora; imo, ut ex numero, qui in nomine continentur, vel maiorem vel minorem fortunam metirentur. Hac mente apud LVCIANVM homo quidam, qui *Simon* adpellabatur, syllabae accessione facta, *Simonides* dici malebat, et *Thraiso* ille gloriosus apud PLAVTVM, sesquipedali *Pyrgopolinices* nomine compellari praepotabat. u) Graeci autem, causam exploraturi, cur ab Achille Hector fuerit superatus? in eo acquiescebant, quod Achilles nomen dictionem Hectoris non solum litteris et syllabis, sed etiam numeris antecedit. w)

Haec strictim de nominum infamia praefari sufficiat, quum iam in eo simus, ut nominum eorum indicem persequamur, qui extranei superiori saeculo inter scholae nostrae discipulos relati fuerunt. Tantum enim abest, ut illi maculam nominibus suis adaspererint, litterarum studiis cum industria seruietes, ut potius novum illis ornamentum comparauerint, etiam post fata renouandum. Ut igitur filum nuper abruptum retractemus, iam, servato litterarum ordine, sequuntur:

Q.

- 1 Seruatius *Quadraselius*, Seehuf. 1595
- 2 Andr. *Quellmalz*, Coldit. 1600
- 3 Io. Car. *Quellmalz*, Oslit. 1661
- 4 Io. Copr. *Quenfenius*, Hildesf. 1687

R

- 1 Balth. *Rabe*, Regif-Misn. 1610
- 2 Io. *Rabe*, Cür. 1590
- 3 Io. *Rabe*, Oberschaar. 1676
- 4 Cph *Rabisch*, Herzberg 1672
- 5 Io. Fr. *Rachbals*, Angulzburg 1647
- 6 Georg *Rachbals*, Angulsb. 1647
- 7 Io. Fr. *Rachbals*, Richberg, Misn. 1695

- 8 Christ. *Radduchelius*, Neotrept. Pomer. 1617
- 9 El. *Radecker*, Waldheim. 1657
- 10 Io. *Raegenberg*, Rosenthal. March. 1648
- 11 Steph. *Ramel*, Zamou. Pomer. 1609
- 12 Io. Georg. *Ramus*, Tzschop. 1681
- 13 Casp. *Randler*, Annaeberg. 1620
- 14 Wenc. Jarosl. à *Randowiz*, equ. Boh. 1609
- 15 Chr. *Rabnfeld*, Freibersdorf. 1665
- 16 Dau. *Rabnfeld*, Freibersd. 1665
- 17 Matth. *Ranft*, Nossen. 1621
- 18 Mich. *Ranft*, Oeder. 1683
- 19 Sam. *Ranisch*, Lauenstein. 1602
- 20 Gottl. *Rasser*, Mitweid. 1691

21 Bohusl.

s) in Pseudol. Act. II. Sc. 2

t) Heroid. Ep. 13.

u) Hadr. *Iunii* Centur. VI. p. 616.

w) *Camerar.* de generibus diuinat. p. 14.

- 21 Bohusl. *Ratschin*, Equ. Boh. 1574
 22 Dau. *Rauch*, Calb. 1603
 23 Maurit. *Rauchhaupt*, Alcan. 1600
 24 Dan. *Raudner*, Bresniz. Boh. 1605
 25 Ioach. *Raudus*, Iutreboc. 1593
 26 Ier. *Raus*, Annaem. 1601
 27 Iust. *Raus*, Mariaemont. 1594
 28 Io. *Raw*, Mühlberg. 1571
 29 Io. Georg. *Rebentrost*, Drebach. Misn. 1669
 30 Io. Sam. *Rebentrost*, Dreb. 1669
 31 Mich. *Rechenberg*, Leubsdorf. Misn. 1691
 32 Adam *Rechenberg*, Leubfd. 1655
 33 Io. Ad. *Rechenberger*, Sazung. 1666
 34 Henr. *Rechentrock*, Rostoch. 1609
 35 Phil. *Redelius*, Stettin. 1605
 36 Henr. *Reiland*, Georgenthal. Boh. 1657
 37 Theodosius *Regius*, Buttst. Thur. 1621
 38 Io. Bernh. *Regner*, Dresd. 1654
 39 Io. *Regulus*, Dantisc. Borussl. 1586
 40 Luc. *Rehbein*, Stett. Pomer. 1686
 41 Chr. *Rehfeld*, Neukirch, Misn. 1664
 42 Gabr. *Rehfeld*, Neuk. 1664
 43 Io. *Roehn*, Oelsn. 1681
 44 Georg. *Reibetanz*, Ascherheim. 1673
 45 Io. Ericus *Arm und Reich*, Strehl. 1646
 46 Ern. *Reichard*, Francohus. Thur. 1607
 47 Gregor. *Reich*, Lommat. 1656
 48 Andr. *Reichel*, Sarept Boh. 1587
 49 Dan. *Reichel*, Roswein. 1661
 50 Ehrenfr. *Reichel*, Camenz. 1666
 51 Otto *Reichel*, Waldheim. 1616
 52 Henr. *Reichel*, Reinhardsgrun. 1608
 53 Sebast. *Reichel*, Lauterbach. Boh. 1626
 54 Sam. *Reichel*, Mohendorf. Misn. 1662
 55 Seb. *Reichel*, Reinhardsgrun. 1597
 56 Iul. Christ. *Reichel*, Roswein. 1674
 57 Sigm. *Reichovius*, Croffen. 1612
 58 Chr. *Reichstein*, Delit. Misn. 1594
 59 Henr. *Reineccius*, Schirnbach. Sax. 1598
 60 Ioach. *Reineccius*, Potsdam. 1606
 61 Mart. *Reineccius*, Plauenf. Meg. 1611
 62 Casp. *Reinerus*, Grimmenf. 1645
 63 Andr. *Reinhard*, Schneeberg. 1589
 64 Andr. *Reinhard*, Schneeb. 1614
 65 Io. *Reinhard*, Mühlberg. 1595
 66 Chr. *Reinhard*, Mülb. 1595
 67 Mart. *Reinhard*, Koenigsee. 1650
 68 Thom. *Reinefsus*, Littau. 1607
 69 Henr. *Reinwarth*, Oederan. 1687
 70 Gottfr. *Reisger*, Dresd. 1618
 71 Io. Henr. *Reisger*, Groswaltersd. 1671
 72 David *Reissel*, Roswein. 1665
 73 Io. Henr. *Reusmann*, Reinhardsg. 1693
 74 Io. Mich. *Reusmann*, Reinhardsg. 1695
 75 Henr. *Reckling*, Seehuf-Baruth. 1596
 76 Ioach. *Remling*, Tegniz. Misn. 1609
 77 Iac. *Renner*, Brunsvig. 1666
 78 Georg. *Renner*, Schoeneck-Varisc. 1655
 79 Ioach. *Renner*, Brand. 1577
 80 Vitus *Renner*, Anerswald. 1588
 81 Georg. *Rensberg*, Mohorn. 1604
 82 Io. *Renzsch*, Ciz. Misn. 1621
 83 Iac. *Reppelius*, Polenz. Misn. 1615
 84 Simon *Rese*, Amst. Aufst. 1602
 85 Georg. *Rettich*, Nauen. March. 1615
 86 Io. *Reveneccius*, Quedlinb. 1594
 87 Petr. *Reuger*, Born. 1650
 88 Chph. *Reupert*, Lufchan. Boh. 1606
 89 Theod. Gotthard *Rhesa*, Weissenfee-
 Thur. 1699
 90 Gabr. *Rheder*, Gresniz. 1655
 91 Io. *Rheder*, Sonneberg. Franc. 1590
 92 Io. *Rhegius*, Eisenberg. 1595
 93 Cph. *Rhevent*, Rupp. March. 1590
 94 Matth. *Rhinovius*, Rabenau March. 1676
 95 Io. à *Rbockel*, Bogendorf. Lusat. 1603
 96 Io. *Rhoerer*, Eisfeld. 1588
 97 Wolfg. Iosf. *Rhoblius*, Conradsdorf. 1660
 98 Io. *Rhudelius*, Franckenberg. 1594
 99 Fabian. *Rhudelius*, Sibelehr. 1590
 100 Io. *Riccerus*, Halberstad. 1592
 101 Ad. *Riccicus*, Pulsniz. 1591
 102 Iac. *Riccicus*, Pulsniz. 1589
 103 Val. *Richter*, Luccau. 1587

- 104 Aegid. *Richter*, Misen. 1602
 105 Aug. *Richter*, Haynich. 1670
 106 Cph. *Richter*, Ostric. Lusat. 1608
 107 Cph. *Richter*, Roswein. 1656
 108 Dan. *Richter*, Ditmannsdorf. 1616
 109 Cph. *Richter*, Tuttendorf. 1666
 110 Georg. *Richter*, Chemnit. 1626
 111 Gottfr. *Richter*, Biberstein. 1660
 112 Gottfr. *Richter*, Frauenstein. 1667
 113 Gottfr. *Richter*, Haynich. 1671
 114 Gottl. Andr. *Richter*, Bertholsd. 1685
 115 Gotthelf *Richter*, Bertholsdorf. 1697
 116 Io. *Richter*, Halsbach. 1594
 117 Io. *Richter*, Luccau. 1584
 118 Iac. *Richter*, Gersdorf. 1598
 119 Mart. *Richter*, Wolckenstein. 1598
 120 Mich. *Richter*, Lichtenberg. 1698
 121 Io. Casp. *Richter*, Liebstadt. 1650
 122 Car. *Richter*, Erbsdorf.
 123 Steph. *Richter*, Waldheim. 1571
 124 Sam. *Richter*, Floeha Mifn.
 125 Zach. *Richter*, Löwenstein. 1599
 126 Chr. *Richter*, Hennersdorf. 1687
 127 Cph. *Richter*, Bischofswerd. 1688
 128 Iofua Sirach *Richter*, Bertholsd. 1699
 129 Imman. Andr. *Richter*, Berth. 1690
 130 Io. Chph. *Richter*, Sebniz- Mifn. 1694
 131 Io. Ad. *Richter*, Tuttendorf. 1692
 132 Io. Henr. *Richter*, Altenberg. 1691
 133 Io. Ern. *Richter*, Brandis. 1690
 134 Io. Gottfr. *Richter*, Ortrand. 1688
 135 Io. Fridr. *Richter*, Bernsbach. 1678
 136 Io. Dau. *Richter*, Bernsbach. 1678
 137 Io. Paul *Richter*, Haynich. 1662
 138 Adam *Ridel*, Lichtenberg. 1696
 139 Abr. *Riemer*, Dippoldiswald. 1597
 140 Cph. *Riemer*, Ienensf. 1595
 141 Io. *Riemer*, Dippoldisw. 1595
 142 Io. Fridr. *Riemer*, Ien. 1606
 143 Onuphr. *Riemer*, Dippoldisw. 1600
 144 Georg. *Riefe*, Haynich. 1597
 145 Aegid. *Rindsteifch*, Bucou, March. 1658
 146 Andr. *Ring*, Ordruf. 1605
 147 Casp. *Ringenhayn*, Drefd. 1688
 148 Ioach. *Rinouius*, Zedenic. March. 1612
 149 Simon *Ritter*, Oldewerd. Ditmarf, 1613
 150 Tob. *Ritter*, Berolin. 1608
 151 Dau. *Christ. Rivinus*, Taubenheim. 1648
 152 Razeck *Rubficki à Robfz*, Equ. Boh. 1584
 153 Sebast. *Rochius*, Lipf. 1590
 154 Iac. *Rode*, Saxo. 1615
 155 Io. *Rodolph*, Pomeran. 1694
 156 Paul Balth. *Roeber*, Ortrand. 1667
 157 Beni. *Roeger*, Reimsd. Cygn. 1666
 158 Abr. *Roegner*, Crimniz. 1587
 159 Luc. *Roelicke*, Nidderau. 1596
 160 Io. Chr. *Roelicke*, Glashütt. 1690
 161 Matth. *Roeper*, Wandersleb. Magdeb.
 1625
 162 Io. Aug. *Roesch*, Augustsburg. 1667
 163 Io. Georg. *Roesch*, Augustsburg. 1675
 164 Paul *Roesé*, Norimb. 1673
 165 Io. *Roesler*, Lunenf. 1595
 166 Io. Henr. *Roesler*, Gresliz. 1650
 167 Io. Gotthart *Roesler*, Kleinhennersd.
 168 Paul *Rohleber*, Afcan. 1596
 169 Sam. *Rohleder*, Grosdrenf. Pol. 1650
 170 Io. Dau. *Roll*, Gresliz- Varisc. 1695
 171 Phil. *Rommel*, Smalcald. 1595
 172 Mart. *Ronnebeck*, Rupp. 1596
 173 Matth. *Robrberg*, Magdb. 1608
 174 Henr. *Rosa*, Raftenburg. Boruff. 1601
 175 Io. *Rosaemontanus*, Züllich. Silef. 1607
 176 Cph. *Rofch*, Hall. Sax. 1657
 177 Gottfr. *Rofe*, Camenz. 1644
 178 Gottfr. *Rofe*, Dam. Sax. 1641
 179 Ern. *Rofenthal*, Burg- March. 1607
 180 Mich. *Rofinus*, Ofchersleb. 1602
 181 Barthol. *Rofinus*, March. 1603
 182 Iac. *Rosmann*, Elbing. Boruff. 1669
 183 Matth. *Rofz*, Ciz. mifn. 1604
 184 Joh. *Rofz*, Bamberg. 1588
 185 Iac. *Rofz*, Goldberg. 1601
 186 Georg. *Rofz*, Silef. 1601

187 Io. Fridr. *Rost*, Franckenstein. 1684
 188 Ambros. *Rost*, Hall. Sax. 1613
 189 Cph. *Roswurm*, Memming. Franc. 1582
 190 Henr. *Rotb*, Sadisdorf. 1648
 191 Georg Hadr. *Rotbe*, Gledou. Luneb. 1667
 192 Nic. *Rotbe*, Plau. Var. 1590
 193 Io. Chr. *Rotbe*, Bergwiz. Sax. 1696
 194 Lud. Fr. *Rothmaler*, Rudelst. Thur.
 1681
 195 Andr. *Rotter*, Bischofswerd. 1589
 196 Cph. *Rudbard*, Chemnit. 1587
 197 Andr. *Rudolph*, Chemnit. 1620
 198 Andr. *Rudolph*, Thum. Misn. 1689
 199 Chr. Gabr. *Rudolph*, Dresd. 1677
 200 El. *Rudolph*, Frauenstein, 1593
 201 Io. *Rudolph*, Nordhuf. 1618
 202 Paul *Rudolph*, Schneeberg. 1621
 203 Nic. *Rudouius*, Huelberg. 1593
 204 Cph. *Rübner*, Breseniz. Boh. 1616
 205 Andr. *Rüder*, Croppenstaedt. Sax. 1609
 206 Iac. *Rüdiger*, Rumburg. 1624
 207 Matth. *Rüdiger*, Pirn. 1587
 208 Mich. *Rüdiger*, Pirn. 1664
 209 Tob. *Rüdiger*, Schlettau. Misn. 1661
 210 Cph. *Rüdiger*, Toepliz. Boh. 1620
 211 Hadr. *Rüdiger*, Westphal. 1681
 212 Io. *Rübel*, Ortrand. 1684
 213 Mich. *Rübel*, Misn. 1670
 214 Cph. *Rüger*, Libenwerd. 1656
 215 Io. Cph. *Rumpe*, Loeppersdorf. 1682
 216 Chph. *Rumpolt*, Lucher. Thur. 1620
 217 Val. *Runge*, Greifenberg. Pomer. 1661
 218 Io. *Runge*, Guben. Luf. 1663
 219 Cph. *Runckel*, Themar. Franc. 1609
 220 Arnold *Rundorf*, Tangermünd. 1606
 221 Cph. *Rupert*, Brand. Misn. 1694
 222 Laur. *Ruppe*, Neobrig. 1606
 223 Andr. *Rubrordorf*, Plau. 1592
 224 Aug. *Rusfig*, Dresd. 1648
 225 Henning *Ruuius*, Offerburg. March. 1589
 226 Adam Chlywensky de *Rybenska*, Equ.
 Boh. 1593

S.

1 Mich. *Saar*, Rotenfurth. Misn. 1674
 2 Mich. *Sackse*, Lengefeld. 1622
 3 Chph. *Sadler*, Delitiens. 1594
 4 Maur. *Sadler*, Neostad. 1586
 5 Dan. *Sadler*, Neostad. 1588
 6 Valent. *Saetler*, Oederan. 1610
 7 Io. *Sagittarius*, Anclam. Pomer. 1616
 8 Petr. *Sagittarius*, Brandenburg. 1605
 9 Thom. *Sagittarius*, Bahn. Pomer. 1617
 10 Theodor. *Salomon*, Halberst. 1599
 11 Sebast. *Salzwedel*, Offerburg. March. 1609
 12 Io. *Sander*, Teckwiz. 1594
 13 Maur. *Sandmeyer*, Mind. Westphal. 1662
 14 Barth. *Sanitter*, Zittau. Luf. 1601
 15 Mich. *Sann*, Mulhuf. Thur. 1602
 16 Iosias *Sarcander*, Schneeberg. 1610
 17 Wolfg. *Sarcander*, Egran. 1603
 18 Pancrat. *Sarcander*, Coburg. Franc. 1591
 19 Io. *Sarius*, Rüttersdorf. Franc. 1592
 20 Ioach. *Sarouius*, Trebin. March. 1605
 21 Andr. *Sartorius*, Bescou. March. 1604
 22 Io. *Sartorius*, Querfurt. 1601
 23 Adam *Sartorius*, Pauf. Varisc. 1618
 24 Gabr. *Sartorius*, Tharant. 1658
 25 Maurit. *Sartorius*, Romberg. 1654
 26 Nicol. *Sartorius*, Schweinfurth. Fr. 1589
 27 Cph. Henr. *Sauer*, Magdeb. 1653
 28 Io. Cph. *Sauereffig*, Vitemberg. 1670
 29 Andr. *Saxo*, Crimmitsch. 1592
 30 Casp. *Saxo*, Torg. 1584
 31 Io. Cph. *Schaaf*, Schmalzgrub. 1684
 32 Gregor. *Schade*, Trebniz. Silef. 1610
 33 Mart. *Schade*, Naumburg. 1590
 34 Io. Georg *Schade*, Rochlit. 1692
 35 Andr. *Schadekopf*, Papaeberg. 1596
 36 Sebast. *Schadenus*, Coelleda. Thur. 1592
 37 Benedict. *Schaefer*, Mariaeberg. 1657
 38 Casp. *Schaffe*, Francohuf. 1589
 39 Io. *Schaffer*, Pegau. 1611
 40 Elias *Schale*, Forchheim. 1626
 41 Io. Cph. *Schale*, Treuenbriz. 1697
 42 Bernh.

- | | |
|---|---|
| 42 Bernh. Schale, Offit. 1666 | 63 Val. Schellenberg, Annaemont. 1597 |
| 43 Dan Schapius, Wolgast, Pomer. 1606 | 64 Gottfr. Schellhammer, Ciz. 1605 |
| 44 Io. Scharf, Culmbach. 1611 | 65 Mart. Scheniz, Zossen. 1616 |
| 45 Io. Georg Scharlach, Mifn. 1604 | 66 Laur. Schepfen, Wittstock-March. 1609 |
| 46 Thom. Scharfschmidt, Obergrun. 1686 | 67 Paul Scherer, Iglau. Mor. 1607 |
| 47 Io. Schartouius, Stendal. 1606 | 68 Io. Scherenschleifer, Bertsch-Mifn. 1612 |
| 48 Io. Henr. Schatter, Labliz. 1627 | 69 Ifr. Scherzer, Drebach. 1651 |
| 49 Io. Schaub, Oberbobr. 1644 | 70 Georg. Schezig, Calb. Sax. 1589 |
| 50 Mich. Schaufstein, Mansfeld. 1586 | 71 Io. Casp. Scheucker, Clausniz. 1648 |
| 51 Cph. Scheffel, Sadisdorf. 1671 | 72 Ier. Scheinpfug, Dohn. Mifn. 1599 |
| 52 Io. Scheffel, Reinsberg. 1616 | 73 Abr. Schieffner, Roswein. 1688 |
| 53 Dan. Scheffer, Beerwald. 1605 | 74 Andr. Schiffel, Oberbobr. 1647 |
| 54 Mart. Scheffer, Artern. Thur. 1589 | 75 Balth. Schiffel, Bobrit. 1572 |
| 55 Wolfg. Scheffler, Terichau-Glauch 1650 | 76 Henr. Schiffmann, Luppenf. 1656 |
| 56 Mart. Scheibe, Waldheim. 1644 | 77 Iac. Schilder, Herzberg. Sax. 1653 |
| 57 Zach. Scheibner, Drebach. 1650 | 78 Chr. Schildberger, Roswein. 1593 |
| 58 Io. Paul Scheibner, Cygn Mifn. 1668 | 79 Io. Schinnagel, Lotenf. 1587 |
| 59 Crispin. Scheide, Roswein. 1600 | 80 Nic. Schindhelm, Neustad. Franc. 1589 |
| 60 Casp. Schele, Roswein. 1654 | 81 Mart. Schindler, Naumburg. 1597 |
| 61 Ion. Schelle, Altenberg. 1618 | 82 Cph. Schindler, Sayd. 1616 |
| 62 Ioh. Schelle, Geyfing 1607 | 83 Christ. Schindler, Magdeb. 1661 |

Vti vero hanc scriptionem recensione nominum infamium auspiciati sumus: ita nomine auspiciatissimo et scholae nostrae commendatissimo eandem finimus. Est illud nomen ECCARDO-RICHTERIANVM, cum multis aliis meritis conspicuum, tum eo inprimis beneficio colendum, quo sex alumni, qui probitate et diligentia ceteros anteire debebant, quotidie liberali victu sustentantur. Quae munificentia eo prolixiori animi affectu celebranda est et praedicanda, quo maiori cura et fide a GRAVISSIMIS REI SCHOLASTICAE INSPECTORIBVS prouidetur, ne quid detrimenti, his praesertim temporibus calamitosi atque exulcerati, ea patiat. Huius igitur tam pii ac religiosi instituti ne memoria intercidat, ex testamenti mandato anniuersariam orationem commilito, qui eodem fruitur conuictu,

CHRISTOPH. FRIDR. TILLNER,
Pappendorf. Mifn.

filio Latino exaratam, de beneficiis, scholarum fulcris, promta memoria recitabit, animum tanti beneficii memorem declaraturus, et Deo immortalis non minus Mecaenatum salutem quam scholae florem perpetuum commendaturus.

Vos, PATRONI ac FAVTORES omnium ordinum et spectatissimi et honoratissimi, hoc beneficium nouo beneficio ornabitis, si suauissima Vestra praesentia hoc institutum cohonestaueritis, cras ante meridiem, audita hora nona, scholam nostram beneuole adeundo, et animum propensum atque aures vacuas adferendo.

P. P. Freiberg. d. XVII. Iun. A. R. S.,
MDCCLVI,

Yb 627

(1/80)


ULB Halle
002 103 591 3



7A-20L

VD 18





74

COMMENTATIO IX.
QVA
MEMORIAE
DISCIPVLORVM EXTRANEORVM
IN SCHOLA FREIBERGENSEI
VERSATORVM
REPETVNTVR

ET
PRAEMISSO BREVI SCHEDIASMATE
DE
INFAMIA NOMINVM
AD ORATIONEM ANNIVERSARIAM
BENEFICIO
ECCARDO-RICHTERIANO
DESTINATAM
OBSEQUIOSE INVITAT
M. IO. GOTTL. BIDERMANN. R.

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.

LXXIV.

